



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Si Christus immolatur in altari quotidie, & an sit sacrificium, quod à
Sacerdote geritur. G

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

dendo & bibendo carnem & sanguinem, memores esse debemus. Sed caueat quisque ne indigne percipiat, quia iudicium sibi māducat. Non enim est iste panis, qui vadit in corpus, sed panis vita eternæ, qui animæ nostræ substâtiā fulcit. Sic ergo viue, ut quotidie merearis accipere, nec accedas indignus. Indignus est, qui aliter celebrat mysterium q̄ Christus tradidit, vel qui habens mortale peccatum accedit. Ergo et si sunt peccata quotidiana, ut nō sint mortifera, ante q̄ accedas dimittē debitoribus tuis. Si dimittis, dimittetur tibi: & sic securus accede. Panis non salutaris est, nō venenum. Si ita accedis, spiritualiter manducas. Spiritu ualiter non manducat, qui innocentia ad altare portat.

Si illud sit sacrificium, & si semel immoletur Christus.

Post hæc quæritur. Si quod gerit sacerdos, propriocatur sacrificium vel immolatio: & si Christus quotidie immoletur, vel semel tantum immolat⁹ sit? Ad hoc breuiter dici potest, illud quod offertur & consecratur à sacerdote vocari sacrificium & oblationem? quia memoria est & representatio veri sacrificij, & sanctæ immolationis factæ in ara erucis. Et semel Christus mortu⁹ in cruce est, ibiq; immolatus est in semetipso: quotidie autem immolatur in sacramento, quia in sacramento recordatio fit illius, quod factum est semel. Vnde Aug. Cerrum habemus quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c. tamen ne obliuiscamur, quod semel factum est, in memoria nostra omni anno fit, sc. quotiens pascha celebatur. Nunquid totiens Christus occiditur? sed tantum anniversaria recordatio representat, quod olim factum est: & sic nos facit moueri, tanq; videamus Dominū in cruce. Itē semel immolatus Christus in seipso, & tamen quotidie immolatur in sacramento. Quod sic intelligendum, quia in manifestatione corporis, & distinctione membrorum se-

Mortelli
Domini n̄
comentarii
Am c. 4. l. 7.
de sacr. ad
medium.

Ad Heb. 7.

Aug. p. pref.

in 2. exposit.

Fsal. 11. de

conf. dist. 2.

cap. semel

Christus.

An. ep. 13 ad

Bonifacium.

Lanfranc.

in responsio-

ne 11. ad obie-

tionem Be-

rengarii.

mel

mel tantum in cruce peperit, offerens se Deo patri hostiam redemptoris efficacē, eorum sc. quos Amb. ad il- prædestinavit. Item Amb. In Christo semel oblata lud. a. 10. ad est hostia ad salutem potens, quid ergo nos? Non heb. Per sin- ne per singulos dies offerimus? Etsi quotidie offre- gulos annos. ranius ad recordationē eius mortis fit: & vna est hostia, non multæ. Quomodo vna & non multæ? quia semel immolatus est Christus. Hoc autem sa- crificium exemplum est illius: id ipsum, & semper id ipsum offertur proinde hoc idem est sacrificiū, alioquin dicetur, quoniam in multis locis offer- tur multi sunt Christi: nō sed vnum vbiq; est Christus: & hic plenus existēs, & illic plenus: sicut quod vbique offertur, vnum est corpus, ita & vnum sa- crificium. Christus hostiam obtulit: ipsam offer- imus & nunc: sed quod nos agimus, recordatio est sacrificij. Nec causa infirmitatis repetitur, quia perficit hominem: sed nostrę quia quotidie pecca- mus. Ex his colligitur esse sacrificium & dici. Quod agitur in altari: & Christū semel oblatum & quo- tidie offerri: sed aliter tunc, aliter nunc. Et etiam quæ sit virtus huius sacramenti ostenditur: remis- sio sc. peccatorum venialiū, & perfectio virtutis.

De causa institutionis.

A m. l. de sa- eramentis 4. e. 6. t. 4. Pa- schasius c. 8. lib. de corpo- re Christi. Institutum est n. hæc sacramentum duabus de causis. In augmentum virtutis, sc. charitatis, & in medicinam quotidianæ infirmitatis. Vnde Amb. Si quoties effunditur sanguis Christi, in remissio- nem peccatorū effunditur de beo semper aceipere, qui semper pecco: de beo semper habere medicinā. Itē Aug. Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel sit passus, quia quotidie peccam⁹ pecca- tis, sine quib⁹ mortalis infirmitas viuere non pōt. Et q̄a quotidie labimur, quotidie Christ⁹ mystice immolatur pro nobis. Dedit n. nobis hoc sacra- mētum salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori nō potest, per hoc sacramentum re- missio-

S O
S fa-
pote
qui i-
ta: c
effici
clēfia
nihil
sacer
verb
Cred
men
ipse
sang
nior
zum